

1711

C O D I C E S A

1712

confinxiffe? *Jordanum de Saxonia Quedlinburgensem O. Eremit. S. Aug.* hic innui putem, qui primus ineptias has e Codice *Parisiensi* produxit, ut pluribus videre est in praevio *Maurianorum Monito.* Obiit is a. 1380. Ad de illo *Osfingeri Bibliothecam August.* atque ubi de controverso ejus *Vienensi Tumulo ad Adnotationem in fine num. 49.* provocatur, lege 26.

III. fol. 149. Epistola F. *Stephani de Senis* Prioris *Domus sanctae Mariae de Gratia Carthus.* Ordinis prope *Papiam* nunc pariter abolitae ad F. *Thomam Antonii de Senis* Ord. Praed. in *Conventu SS. Job. et Pauli Venetiis* data a. 1411. 16. *Octobr. sub manu publica duorum notariorum in presentia quamplurium testium et cum appensione Sigilli magni conventualis de Vita et Virtutibus S. Catharinae Senensis* lectu dignissima, sed jam edita a *Dan. Papebrochio* in *Aëtis SS. T. III. April. p. 961.* *Stephanum*, cujus, ut ait e *Bostio Sutorius*, omnes actiones splendoris dignitatisque plenae fuere, commendant omnes *Scriptores Carthusiani.*

DCCXIV.

R. 2293 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 113. f. pulcre exaratus, coloribus illustratus, et quondam *Monasterij sancte dorothee in vienna* sequentia M. *Henrici Langenstein de Hassia Academia Vienn.* primi *Plantatoris* ✠ 1397. et *Henrici de Vrimarya*

Erem. Aug. Opuscula a me jam alias sparsim relata continet: I. *Incipit tractatus Reuerendi Magistri Henrici de Hassia de discretionem spirituum.* Initium: *Sicut in phisica motus et operationes &c.* Primae lineae situ et humore evanuerunt.

II. fol. 11. *Incipit tractatus de instinctibus.* Initium: *Semen cecidit in terram bonam &c.* *Licet uerbum propositum exponatur &c.* Ad calcem: 1419. *bacyri*, sed alia manu superpositum *barnabe*, diem videlicet absolutae scriptio- nis notans. Nullum hic Autoris nomen. Exempla quaedam *Henrico* priori, alia posteriori inscribunt. Vide *Vol. I. P. I. col. 225. P. III. col. 3196.*

III. fol. 23. p. 2. absque inscriptione, sed ad calcem: *Explicit tractatus de occultatione uiciorum sub specie uirtutum.* Initium: *Est uia que uidetur homini recta &c.* Ad *Henricum* posteriorem pertinet, ut alibi dictum.

IV. fol. 37. *Incipit tractatus de clauibus ecclesie Magistri.* Nomen *erasum*, sed est *Henrici de Hassia*, ut *Codices Vol. I.* relati docuerunt. Incipit: *Tibi dabo claves regni celorum. Mat. 16.* *Verbum hoc cuilibet dicitur confessori &c.*

V. fol. 61. *Tractatus M. H. de Hassia de uerbo in diuinis.* Initium: *Quis michi det uerbum quo semiuerbis ego* (*σπερμολογος* *Aët. XVII. 18.*) cui perperam imposita glossa: *uel semiuerbis id est ineloquens. &c.* *Vol. I.* bis inscriptus fuit: *De uerbo incarnato.*

VI.

1713

ASCETICI.

1714

VI. fol. 72. Sermo M. H. de H. de corpore christi. Initium: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Hoc verbum gen. 3^o capitulo scriptum &c.* Vol. I. P. 1. col. 823.

VII. fol. 80. p. 2. Incipit expositio R. M. Hainrici de bassia super oracionem dominicam. Initium: *Diuina sapientia rebus omnibus &c.* Dicata est Ekebaro Episcopo Wormaciensi, ut Indices utriusq. Vol. testantur.

VIII. fol. 89. p. 2. Incipit expositio M. H. de bassia super Aue maria; videlicet usque ad verba: *Sancta Maria, mater Dei.* Initium: *Aue Maria, procul dubio illam sancte matris ecclesie &c.* Vol. I. P. 2. col. 2205. duabus his Expositionibus accedit Expositio Symboli Apost. quae deest in Exemplo praesenti.

IX. fol. 94. Incipit speculum anime compilatum per Reuerendum M. H. de Hassia. Initium: *Anima mea noui quod curiosa sis &c.* Alias de Contemplatione. Vide, quae adnotavi Vol. I. P. 2. col. 2436.

X. fol. 104. Incipit tractatus de boris canonicis Reuerendi M. Hainrici de bassia sacre theologie professoris. Initium: *Ut doctorum testatur auctoritas &c.* Ad calcem adpellatur *Tractatus de distinctione horarum pro Canonicis orationibus correspondenter ad passionem christi.*

Ad calcem adscripti sunt *Casus excommunicationis soli pape reseruati ex decretalibus collecti et clementinis.*

DCCXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3036 XV. Folior. 288. f. luculente et eleganter scriptus, rubricis enotatus, et non uno loco dictus *Monasterij Sancte Dorothee in Vienna* continet I. tres Tractatus Job. Gersonis Cancell. Paris. videlicet: *Tractatum de Contemplatione*, qui in Edit. *Opp. Antverp.* (dic Amstelaed.) T. III. P. I. col. 399. inscribitur: *Theologia mystica praetice conscripta*, et incipit: *Tractantes in lectionibus nostris iam a multo &c.* Et fol. 22. p. 2. *Tractatum de cautelis confessorum* in Edit. cit. T. II. P. 3. col. 446. inscriptum: *De Arte audiendi confessiones*, et incipientem: *Et si virtus, quam assuefactio gignit &c.* Demum fol. 29. p. 2. *Tractatum de remedio contra recidivum in peccata*, qui legitur Edit. cit. T. II. P. 3. col. 457. hoc Initio: *Habet hoc proprium ars quelibet &c.*

II. fol. 34. praemisso Capitulo Indice Incipit prologus in librum eruditionum, adde Religiosorum, quibus praeclarum hoc Opus scriptum Guil. Perardus Ord. Praed. et non Humbertus de Romans ejusd. Ord. licet hujus nomen Editiones aliquae, et ipsa Bibliotheca PP. Lugd. T. XXV. p. 665. praeferat, quin et ipse Codex noster in fronte sua, ubi tamen rasura et rescriptio manifeste adparet. Ceterum ad opus ipsum nullum Autoris nomen comparet, et Prologus ita orditur: *Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea*